De ὅκως coniunctionis apud Herodotum vi et usu.

Apollonius Dyscolus[1]) ὅπως coniunctionem explicat et idem valere atque ἵνα dicit, nempe coniunctionem finalem esse, et ut ad ὅτε sit πότε et ὅποτε, sic ad ὡς esse πῶς et ὅπως, quare ὅπως pro ὡς poni posse. quod in universum utrum recte dictum sit necne postea videbimus. et accuratius quam Alexandrinus vir doctus recentiores sibi grammatici, qui infra suo quisque loco laudabuntur, vim ac potestatem ὅπως voculae videntur perspexisse, qui eam docent et coniunctionem finalem esse, id quod ut demonstrent interdum sententiam primam supplendam esse statuunt, et temporalem et causalem et pro ὅτι sive ὡς usurpari posse. neque magnum inter ὅπως et ὡς intercedere discrimen censent Albertus Keil[2]) et Ricardus Heiligenstaedt[3]), quorum uterque Delbrückii[4]) sententiam videtur secutus esse.

Qui quidem doctissimi viri num semper via ac ratione processissent dubitans ὅπως (ὅκως) coniunctionis usum exponere et exemplis ex Herodoto sumptis illustrare periculo meo, ne multis in hac quaestiuncula operam et oleum perdere viderer, in animum induxi. in locis Herodoti afferendis Steinii editione usus sum.

Ac primum quidem est de ὅπως coniunctione dicturo ante omnia, unde orta sit, quaerendum. quam facile est intellectu ex duabus stirpibus conflatam esse, ex relativa ὁ, cuius vetustiorem formam ponitur fuisse σϝοδ[5]), unde etiam pronomen relativum ὅς, ἥ, ὅ oriundum est, et ex interrogativa πο, cuius vetustior forma κο dialecto ionica servata est. et κως particula est interrogativa et indefinita, de qua eodem modo ac de τις iudicatur; nam κῶς et κὼς nulla alia re in verborum ambitu nisi pronuntiatione differunt. neque vero quo tempore duae illae stirpes ὁ et πο inter se coaluerint neque utrum πο an πως ad ὁ accesserit, disceptari potest, quam ob rem relativam vim, quae insit in ὁ, statuere sufficiat κως particula adiuncta sic dilatatam esse, ut ὅκως vox indefinita facta nihil aliud nisi 'quoquomodo' sive 'quocunque modo' indicet. eademque vox interrogativa notione[6])

---

[1]) cf. Bekkeri Anecd. p. 510.

[2]) Albertus Keil: De particularum finalium graecarum vi principali et usu Homerico. Diss. inaug. Halle 1880. p. 13.

[3]) R. Heiligenstaedt, de enuntiatorum finalium usu Herodoteo cum Homerico ex parte comparato. Halle 1883. p. 14.

[4]) B. Delbrück, der Gebrauch des Coniunctivs und Optativs im Sanskrit und Griechischen, Halle 1871. p. 61.

[5]) cf. Brugmann, gr. gr. §§ 98. 207.

[6]) cf. Curtius: Griech. Etym. p. 460.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

praedita 'quomodo' significans obliquae orationi inservit. atque ex hac significatione 'quomodo' ὅπως paullatim eo profectum est, ut omnium fere ὡς particulae notionum particeps fieret.[1]) cuius rei vestigia iam apud Homerum inveniuntur.

I. Ὅπως quocunque modo prae se fert.

A. Ὅπως absolute usurpatur.

a) Ὅπως vocem in sermone graeco principalem vim 'quocunque modo[2])' non amisisse ex eis exemplis, in quibus a praecedenti verbo non pendens ad sententiam aliquam adhibetur confirmandam, concludi potest. quae quidem vox absolute posita nisi δή particula sive δήποτε sive οὖν adiecta non legitur. neque quisquam ὅπως his demum particulis adiunctis indefinitum esse factum contendat[3]), sed corroboratum id esse apparet; quo fit, ut ὅπως etiam 'utique' sive 'certo' latine reddere possimus. exempla haec sunt:

Dem. de cor. § 261. ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφης ὁπωσδήποτε, ἐῶ γὰρ τοῦτο, ἐπειδὴ δ' οὖν ἐνεγράφης, εὐθέως τὸ κάλλιστον ἐξελέξω τῶν ἔργων γραμματεύειν καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἀρχιδίοις quoniam inter cives quocunque modo videlicet conscriptus es cet.

Plat. Hipparch. p. 232. B. νῦν δ' οὖν, εἴτε πέπεισαι εἴτε ὁπωσδὴ ἔχεις, σύμφῃς γοῦν ἡμῖν πάντα τὰ κέρδη ἀγαθὰ εἶναι, καὶ σμικρὰ καὶ μεγάλα sive persuasum habes sive quomodocunque te habes.

Xen. Cyrop. II, 1, 27. τὸ δὲ διακριβοῦν τὰς τάξεις σφόδρα ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι καὶ εἰς τὸ μὴ ταράττεσθαι καὶ εἰ ταραχθεῖεν θᾶττον καταστῆναι, ὥσπερ γε καὶ λίθων καὶ ξύλων ἃ ἂν δέῃ συναρμοσθῆναι, ἔστι, κἂν ὁπωσοῦν καταβεβλημένα τύχῃ, συναρμόσαι αὐτὰ εὐπετῶς. . . .

Thucyd. I, 77. οἱ δὲ εἰθισμένοι πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλεῖν, ἤν τι παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι ἢ γνώμῃ ἢ δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχὴν καὶ ὁπωσοῦν ἐλασσωθῶσιν, οὐ τοῦ πλέονος μὴ στερισκόμενοι χάριν ἔχουσιν, etiamsi quoquomodo minuantur.

Thuc. VII, 49. ὁ δὲ Δημοσθένης περὶ μὲν τοῦ προσκαθῆσθαι οὐδ' ὁπωσοῦν ἐνεδέχετο Demosthenes autem urbem obsideri nullo modo probabat.

Thuc. VII, 60. ἔκ τε γὰρ τῶν ἄνω τειχῶν ὑποκατέβησαν καὶ τὰς ναῦς ἐπλήρωσαν πάσας, ἀναγκάσαντες ἐσβαίνειν ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἐδόκει ἡλικίας μετέχων ἐπιτήδειος εἶναι, ubi οὖν etiam ad ὅστις pertinet.

Thucyd. VIII, 90, 2. καὶ ἀπέστειλαν μὲν Ἀντιφῶντα καὶ Φρύνιχον καὶ ἄλλους δέκα κατὰ τάχος, φοβούμενοι καὶ τὰ αὐτοῦ καὶ τὰ ἐκ τῆς Σάμου, ἐπιστείλαντες παντὶ τρόπῳ ὅστις καὶ ὁπωσοῦν ἀνεκτὸς ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους.

b) Atque ὅκως eadem vi praeditum adhortationi ut ita dicam inserviens cum indicativi futuro coniungitur. cuius rei exemplum verbo non praemisso Herodotus cum non

---

1) cf. Brugmann, gr. gr. § 206.

2) Eadem via illud 'quoquo modo' in sermone latino progressum est.
cf. Kühnast, die Hauptpunkte der Livianischen Syntax. p. 106.
Ph. Wegener, Untersuchungen über die Grundfragen des Sprachlebens, Halle 1885, p. 101.

3) cf. Bäumlein, griech. Part. p. 186.
Krüger, gr. gr. § 51, 15.
Hartung, Lehre von den Part. der griech. Spr. II. p. 10.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

offerat, id quod scriptum est Xen. Anab. I, 7, 3 laudare liceat: *ὅπως οὖν ἔσεσθε ἄνδρες ἄξιοι τῆς ἐλευθερίας* utique igitur eritis viri digni libertate. is qui loquitur eos, quos appellet, viros futuros esse libertate dignos pro certo habet, qua de re indicativi futuro utitur, et ut notionem corroboret, *ὅπως* particulam praeponit. et alia exempla sunt Aristoph. Plut. 326. *ὅπως δέ μοι καὶ τἄλλα συμπαραστάται ἔσεσθε* certo et in reliquis mihi aderitis! Aristoph. Vesp. 1217. *τὰ σκόλι' ὅπως δέξει καλῶς* scolia sine dubio rite accipies. quas quidem sententias ab eis qui appellentur adhortationes intellegi mirum non est neque id ab eis quoque, qui loquantur, fieri facile negaveris. quod ni ita se haberet, minime prohibendi causa *μὴ* particula negativa usurparetur. cuius rei exemplum est Xen. Cyrop. I, 3, 18. *ὅπως οὖν μὴ ἀπολῇ* utinam ne pereas! atque eodem sensu *ὅκως* cum coniunctivo consociatur

Herod. lib. VI, 85. *εἰ νῦν ὀργῇ χρεώμενοι ἔγνωσαν οὕτω Σπαρτιῆται, ὅκως ἐξ ὑστέρης μή τι ὑμῖν, ἢν ταῦτα πρήσσητε, πανώλεθρον κακὸν ἐς τὴν χώρην ἐμβάλωσι* utinam ne posthac exitiosum malum vestram in terram inferant. ad hoc conferas sententias, quas grammatici congesserunt, Kuehnerus, gr. gr. § 552, 2, 6. Kruegerus § 54, 8, 7. Baeumleinius § 561, Matthiaeus § 519. Bernhardyus p. 353. Buttmannus § 139. E. Anm. 1. Hermannus ad Vigerum II. p. 432, sq. idem de particula *ἄν* p. 126. Quibus in sententiis doctissimi illi viri Kruegero excepto *ὅκως* coniunctionem esse docent, nam ante illam voculam intellegendi causa verba supplenda esse *ὁρᾶν, φροντίζειν* similia. neque id quidem mihi probatur. etenim si haec verba suppleremus, aeque perverse faceremus ac si in sententia *οὐ μήποτε ἐξελεγχθῶ* post *οὐ* timendi verbum excidisse statueremus.

Restat, ut illius *ἄγε* sive *φέρε*, quod enuntiatis ab *ὅπως* incipientibus interdum praepositum invenitur, inchoem mentionem, ut Aristoph. Nub. 489. *ἄγε νῦν, ὅπως, ὅταν τε προβάλωμαι σοφὸν περὶ τῶν μετεώρων, εὐθέως ὑφαρπάσει* et Plat. Gorg. 495. D. *φέρε δὴ ὅπως μεμνησόμεθα ταῦτα*, quibus locis et *ἄγε* et *φέρε* vix iam imperativos modos, sed adverbia adhortativa esse sentimus. neque nunquam eodem fere sensu *ὅρα* et *ποίει* ante *ὅπως* particulam intellegenda esse contendam; quod si probaveris, facillime quasdam quaestiones solvas. [1])

B. *Ὅκως* cuniunctio cum indicativi futuro construitur.

Cum hac *ὅπως* voce, quae verbo unde pendeat non praemisso in adhortando usurpatur, ea cum indicativi futuro coniuncta, quam praecedit verbum curandi vel imperandi, conferenda est. itaque *ὅπως* eandem notionem quam exposuimus prae se ferens ex vi relativa coniunctionis vice fungitur. qua quidem coniunctione Herodotus usus est post haec verba: *βουλεύειν, σταθμεῖσθαι, ἐπιτηδεύειν, φυλάττειν, διανοεῖσθαι, μηχανᾶσθαι, λογίζεσθαι, φροντίζειν, μέλειν, σκοπεῖν, παρασκευάζειν, κινδυνεύειν, ὁρᾶν, προορᾶν, ποιεῖν, παρακελεύεσθαι, ἐντέλλεσθαι.* et sententiae ab *ὅκως* incipientes [2]) a grammaticis in enuntiatis finalibus numerari solent, revera enuntiata sunt consecutiva. quorum exempla haec sunt:

---

[1]) cf. Heller, die Absichtssätze bei Lucian, p. 41. 42.

[2]) cf. Kühner, gr. gr. § 555, 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a) *ὅκως* cum indicativi futuro: [1])

Herod. lib. III, 154. (*Ζώπυρος*) *ἐβουλεύετο, ὅκως αὐτός τε ἔσται ὁ ἑλὼν αὐτὴν* (*Βαβυλῶνα*) *καὶ ἑωυτοῦ τὸ ἔργον ἔσται* quarum enuntiationum utramque principalem esse accipere liceat; itaque vertamus: Zopyrus secum deliberabat, utique Babyloniam capiet et ipsius hoc facinus erit. unde sequitur, ut consilium a Zopyro captum quoquomodo causa Babyloniae expugnandae sit. qua re *ὅκως* coniunctioni finali, ut vernaculae particulae dass ja, respondere videtur; et futurum sic est dictum, ut expugnatum iri a Zopyro Babyloniam exprimatur. quod revera factum esse lib. III, 158 narratur.

lib. IX, 37. (*Ἡγησίστρατος*) *σταθμησάμενος γὰρ ὅκως ἐξελεύσεταί οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδός, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ*, quo loco perpendendi ratione efficitur, ut pes e compede educatur; quod certo fit.

lib. III, 102. *ἐπὶ ταύτην* (*τὴν θήλειαν κάμηλον*) *δὴ αὐτὸς* (*Ἰνδὸς*) *ἀναβαίνει, ἐπιτηδεύσας ὅκως ἀπὸ τέκνων ὡς νεωτάτων ἀποσπάσας ζεύξει* operam dans, ut eam a pullis quam recentissime natis abstractam iungat.

lib. IV, 190. *οὗτοι δὲ* (*οἱ Νασαμῶνες*) *κατημένους θάπτουσι φυλάσσοντες, ἐπεὰν ἀπίῃ τὴν ψυχήν, ὅκως μιν κατίσουσι μηδὲ ὕπτιος ἀποθανέεται.*

lib. VI, 133. *οἱ δὲ Πάριοι ὅκως μέν τι δώσουσι Μιλτιάδῃ ἀργυρίου οὐδὲν διενοεῦντο, οἱ δὲ ὅκως διαφυλάξουσι τὴν πόλιν, τοῦτο ἐμηχανέοντο,* quo loco utraque enuntiatio *ὅκως* particula inchoata verbo, ex quo pendet, anteposita est idque nulla alia de causa nisi ut notio, quae inest in eis, praedicetur.

Quamquam nonnulli has sententias, quibus *ὅκως* praemissum sit, interrogationes obliquae orationis esse contendunt. [2]) quod quidem eo confirmari dicunt, quod pro *ὅκως ὅτεῳ τρόπῳ* ponatur ut Herod. lib. I, 125. *ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος ἐφρόντιζε ὅτεῳ τρόπῳ σοφωτάτῳ Πέρσας ἀναπείσει ἀπίστασθαι* Cyrus secum deliberabat, quo callidissimo modo Persas, ut deficerent, persuaderet. huc accedere probant, quod qui curet, ut quid fiat, idem investiget, quomodo id eveniat. at ego equidem hoc loco *ὅκως* cum *ὅτεῳ τρόπῳ* comparandum esse negans illam particulam cum indicativi futuro constructam 'quomodocunque' sive 'utique' significare habeo persuasum.

Neque dubium est, quin in *ὅκως*, si praecesserit rogandi sive imperandi verbum, indefinita potestas insit. quod ut probem, haec exempla affero:

lib. III, 135. (*Δαρεῖος*) *καλέσας αὐτὸν Δημοκήδεα ἐδέετο αὐτοῦ, ὅκως . . . ὀπίσω ἥξει* Darius Democedem orabat, ut ad se reverteretur. quo loco nihil consilii in *ὅκως — ἥξει* inest, sed utique rediturum esse Democedem pronuntiatur. quam Democedes voluntatem Darii esse intellegat necne, eius est perspicere. et prorsus similis locus est

---

Krüger, gr. Sprachlehre §§ 54, 8, 6. 69, 46, 1. 2.
Arnold Herrmann, griech. Schulgrammatik § 153, B, 2.

[1]) Hom. A, 136. *ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί.*
ἄροντες κατὰ θυμόν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται.
a. 57. *αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἰμυλίοισι λόγοισιν*
θέλγει, ὅπως Ἰθάκης ἐπιλήσεται.
cf. Krüger, Di. 53, 7, 5. 54, 8, 6.

[2]) cf. Kühner, gr. gr. § 552 A. 3.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lib. VIII, 15. *οἱ δὲ (παρεκελεύοντο) ὅκως τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα διαφθείραντες τοῦ πόρου κρατήσουσι.*

Neque multum distant eae sententiae, quibus actio, quae eventum habeat, significatur. qua in re *ὅκως* vernacula particula 'dass' reddere consuevimus. et exempli causa affero lib. I, 8, 2. *ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι γυμνήν*, quo loco *ποίεε* idem atque *ὅρα* valere manifestum est. vertendum igitur est: fac, quocunque modo videbis, id quod consilii vi, quae inest in imperativo, in subsequentem enuntiationem translata idem fere est ac fac ut videas. eodemque modo exponendi sunt hi loci:

lib. V, 121, γ. *ἀνακρεμαμένου δὲ τοῦ νέκυος τὴν μητέρα δεινῶς φέρειν, λόγους δὲ πρὸς τὸν περιεόντα παῖδα ποιευμένην προστάσσειν αὐτῷ, ὅτεῳ τρόπῳ δύναται, μηχανᾶσθαι ὅκως τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφεοῦ καταλύσας κομιεῖ.*

lib. IX, 91. *Σὺ δὲ ἡμῖν ποίεε ὅκως αὐτός τε δοὺς πίστιν ἀποπλεύσεαι καὶ οἱ σὺν σοὶ ἐόντες οἵδε, κτλ.*

lib. V, 36. *ἐπείτε δὲ οὐκ ἔπειθε, δεύτερα συνεβούλευε ποιέειν ὅκως ναυκρατέες τῆς θαλάσσης ἔσονται.*

lib. V, 109. *ποιέειν χρεὸν ἐστι ὑμέας . . . ὅκως τὸ κατ' ὑμέας ἔσται ἥ τε Ἰωνίη καὶ ἡ Κύπρος ἐλευθέρη.*

lib. VIII, 10. *ἅμιλλαν ἐποιεῦντο ὅκως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος νέα Ἀττικὴν ἑλὼν δῶρα παρὰ βασιλέος λάμψεται.* atque huc pertinet denique locus

lib. I, 209. *σὺ τοίνυν τὴν ταχίστην πορεύεο ὀπίσω ἐς Πέρσας, καὶ ποίεε ὅκως, ἐπεὰν ἐγὼ τάδε καταστρεψάμενος ἔλθω ἐκεῖ, ὥς μοι καταστήσεις τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον* ubi et dubium est, quid sibi velit *ὡς*, et quaeritur, utrum *καταστήσεις* an *καταστήσῃς* scribendum sit. Gaisfordius et Baehrius codicum Florentini et Sancroftiani fidem secuti coniunctivum, cum codices Parisini a. et c. praebeant futurum, exhibent neque causas, cur sic scribant, exponunt. quae quidem difficulter explanari possunt. sed coniunctivus si legitur, Cyrum adhortari, ut Hystaspis filium sibi sistat, eo significari mihi videtur. attamen *ὅκως* hoc loco eodem iure ac lib. I, 8. IX, 91. V, 109. cum indicativi futuro construendum esse censeo ob eamque rem *ὡς* particulam non tam pro *οὕτως* Baehrio auctore positam esse quam potius *ὅκως*, cum enuntiatio interposita sit, excipere mihi persuasi.

lib. III, 104. *οἱ δὲ δὴ Ἰνδοὶ . . ἐλαύνουσι ἐπὶ τὸν χρυσὸν λελογισμένως ὅκως καυμάτων τῶν θερμοτάτων ἐόντων ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ.* et Baehrius Dindorfium secutus ceterique recentiores Herodoti editores duorum codicum Vindobonensis et Sancroftiani auctoritate *ἂν* particulam post *ὅκως* positam, quae omnibus fere codicibus servata est, delent ipsam sententiam id postulare censentes. et recte id quidem, nam ut particulam *ἂν* per literas quadratas [1]) scriptam librariorum errore facillime e genuino *δὴ* nasci posse omittam, indicativi futuro *ἔσονται ἐν τῇ ἁρπαγῇ* aurum Indos simpliciter rapturos esse significatur, et *ὅκως* coniunctione omnis condicio *ἂν* particula indicata quoquo modo excludi videtur. vertemus igitur sic: Indi vero . . . proficiscuntur ad aurum colligendum ratione inita, qua sine dubio illud aestibus ferventissimis rapient.[2])

---

[1]) cf. Heiligenstaedt p. 22.

[2]) cf. Kühner, gr. gr. II, § 553, 4. Anmerk. 4.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

b) ὅκως μὴ cum indicativi futuro:

Quamquam supra indicativi futuro aliquid fore simpliciter indicari ostendimus, tamen is qui loquitur voluntatem quoque quodammodo valere sentiens id, quod futurum esse sciat, ut quominus fiat prohibeat, μὴ negatione declarat. quod ut exemplis illustrem, laudo

lib. VII, 8, α. Ἐγὼ δὲ ἐπείτε παρέλαβον τὸν θρόνον τοῦτον, ἐφρόντιζον, ὅκως μὴ λείψομαι τῶν πρότερον γενομένων ἐν τιμῇ τῇδε μηδὲ ἐλάσσω προσκτήσομαι δύναμιν Πέρσῃσι, quo loco Xerxes illud iudicium, quo inferiorem se maioribus fore et minorem Persis acquisiturum esse potestatem designat, eventu quominus ullo modo comprobetur impediri vult; id quidem semper se curasse exponit. et similes loci sunt:

lib. I, 9, 2. ἐπεὰν δὲ (ἡ γυνὴ) ἀπὸ τοῦ θρόνου στείχῃ ἐπὶ τὴν εὐνὴν κατὰ νώτου τε αὐτῆς γένῃ, σοὶ μελέτω τὸ ἐντεῦθεν ὅκως μή σε ὄψεται ἰόντα διὰ θυρέων, quo loco Candaules uxorem nudam Gygen foras exeuntem visuram esse dicit. quod si fiat, maximae sibi perniciei fore non ignorans ea de re, ne eveniat, Gygen iubet cavere, ne ullam in partem conspiciatur.

lib. III, 36. ἢν δὲ πολλὰ τοιαῦτα ποιέῃς, ὅρα ὅκως μή σευ ἀποστήσονται Πέρσαι quo loco codex Sancrofti ἀποστήσωνται exhibet; at cum discrimen, quod intercedat inter futurum et coniunctivum, minimum sit, codicum F. A. c. qui futurum praebent, fidem sequamur.

lib. VIII, 15. οἱ μὲν δὴ παρεκελεύοντο ὅκως μὴ παρήσουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους ubi eodem modo lectio inter futurum et coniunctivum fluctuat.

lib. III, 135. ἐπείτε γὰρ τάχιστα ἡμέρη ἐπέλαμψε, καλέσας Περσέων ἄνδρας δοκίμους πεντεκαίδεκα ἐνετέλλετό σφι ἑπομένους Δημοκήδεϊ διεξελθεῖν τὰ παραθαλάσσια τῆς Ἑλλάδος, ὅκως τε μὴ διαδρήσεταί σφεας ὁ Δημοκήδης, ἀλλά μιν πάντως ὀπίσω ἀπάξουσι quo loco ex ἐνετέλλετο et infinitivus διεξελθεῖν et ὅκως τε μὴ cum futuro constructum pendet, quae quidem structurae ea de re diversae sunt, quod huic enuntiationi alia persona atque illi subiecta est. et τὲ particula inter ὅκως et μὴ interposita est, ut enuntiationibus copulandis inserviat. verum enim vero Herodotus Darium narrans Persis imperasse, ne Democedes eos profugeret, liberiore scribendi ratione usus est. sed ὅκως μὴ obnoxium esse ἐνετέλλετο voci propter σφέας pronomen liquet.

Denique ὅκως μὴ praemisso agendi verbo, quod eventum habeat, cum futuro conectitur lib. V, 23. ἐπεὰν δὲ αὐτὸν περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μηκέτι κεῖνος ἐς Ἕλληνας ἀπίξεται quo loco nonnulli codices coniunctivum tradunt.

lib. III, 40. τοῦτο ἀπόβαλε οὕτω ὅκως μηκέτι ἥξει ἐς ἀνθρώπους.

lib. VII, 18. ποίεε δὲ οὕτω ὅκως τοῦ θεοῦ παραδιδόντος τῶν σῶν ἐνδείσει μηδέν.

Et huc spectat lib. IV, 190. quod exemplum p. 6. allatum est. quibus omnibus locis ὅκως μὴ idem valere mihi videtur ac vernacula particula 'dass ja nicht' sive 'dass auf keinen fall.'

C. De οὐκ ἔστι ὅκως.

Hoc loco disserendum est de illo οὐκ ἔστι ὅκως, quod, ut οὐκ ἔστι ὅστις 'non est quicunque' indicat [1]), 'non est quocunque modo' sive 'nullo modo' sive 'nihil' significare apparet. cuius rei Herodotus haec exempla praebet:

[1]) cf. Krüger, gr. gr. § 61, 5.
Kühner, gr. gr. II, § 554.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lib. VII, 197 *οὐκ ἔστι ὅκως ἕξεισι* nullo pacto exibit.

lib. VII, 102 *οὐκ ἔστι ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους* nequaquam tuas accipient condiciones, et *κοτὲ* particula negatio acuitur.

Ex hoc *οὐκ ἔστι ὅπως* (*ὅκως*) alii viri docti illud *οὐχ ὅπως*, id quod apud Herodotum non invenitur, profectum esse sumunt[1]), alii post *οὐκ* dicendi verbum desiderari statuunt, ut G. Hermannus ad Vigerum p. 790. Akenius, Lehre vom Tempus und Modus p. 91 sq. Kuehnerus p. 801, b., Kruegerus 67, 14, 3. Ph. Buttmannus §. 150. quarum quidem sententiarum illa mihi esse verisimilior videtur; nam id quod tritissimum est atque usitatissimum, facile decurtari posse quis est qui nesciat. iam vero si quis quaerat, quid *οὐχ ὅπως* in verborum ambitu indicet, Hermannum ad Vigerum conferat et Akenium l. l.

Tum huc spectat Herod. lib. VIII, 119. *εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω εἰρέθη ἐκ τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξην, ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλέα τοιόνδε, τοὺς μὲν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νέα ἐόντας Πέρσας καὶ Περσέων τοὺς πρώτους, τῶν δ' ἐρετέων ἐόντων Φοινίκων ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν* quo loco primum quaeritur, ex quo verbo *ὅκως* vocula suspensa sit. quam G. Hermannus[2]) pro *οὐκ ἔστι* ad *μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι* referendum esse censet. quod quidem minime mihi probabile videtur esse. neque enim fieri potest, ut *ὅκως* coniunctione ex *ποιῆσαι* verbo pendente *ὅκως οὐκ ἂν — ἐξέβαλε* enuntiatio sit subsecutiva. quae si hoc loco esset, minime *οὐκ ἂν* ex verbis praemissis *μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι* repetitum, sed simpliciter *ὅκως ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν* scriptum esset. quae cum ita sint, restat, ut *ὅκως* ad *μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον* revocetur. idem Baehrius censet hoc disserens: „qui enim scripserat *τοὺς μὲν — καταβιβάσαι*, is in altera enuntiati parte, in qua exspectabas *τῶν δ' ἐρετέων . . ἴσον πλῆθος . . . ἐκβαλεῖν*, infinitivi loco scripsit *ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος . . ἐξέβαλε*, respiciens, opinor, ad illa: *μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον* parem fere in modum, quo etiam supra III, 116. scripsit *ὅκως μὲν γενόμενος* (sc. *ὁ χρυσὸς φαίνεται*) *οὐκ ἔχω . . . εἶπαι*. atque ita doctissimus ille vir *ὅκως οὐκ ἂν ἐξέβαλε* interrogationem obliquae orationis esse arbitratur. neque id quidem probari mihi potest. et probabilius Abichtius, cui assentitur Steinius, hunc locum exponit, qui et *μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι* et *ὅκως οὐκ ἂν . . . ἐξέβαλε* e verbis *μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον* aptum esse disputat hoc addens Herodotum verborum structuram mutavisse; qua vero de causa scriptor hoc fecerit, non explicat. sed quid inter utramque structuram intersit ut demonstrem, totum locum mihi liceat sic convertere: Nam vero si hoc ab gubernatore Xerxi dictum esset, in pluribus sententiis ne unam quidem habeo mihi contrariam contendenti Persarum regem cum hoc fortasse facturum fuisse, ut eos qui in tabulato essent descendere in navis alveum iuberet, Persae cum essent Persarumque adeo principes, tum certe remigum, Phoenices cum essent, parem Persis numerum in mare coniecturum fuisse. et *ὅκως* voce Herodotus sic mihi videtur usus esse quasi supra pro *μίαν οὐκ ἔχω ἀντίξοον* illud *οὐκ ἔστι* scripsisset. quod si *μὴ οὐ ποιῆσαι* dicitur, ita hoc fit, ut absit gravior affirmatio resque quasi cum dubitatione quadam narretur,

---

[1]) cf. Passovi lex. s. v. *ὅπως*.

[2]) cf. de particula *ἂν* p. 52.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quae facilius germanice quam latine exprimi potest.[1]) relicum est, ut quid sibi velit ἄν in ὅκως οὐκ ἄν . . ἐξέβαλε exponam; indicativi aoristo οὐκ ἐξέβαλε Xerxen non eiecisse simpliciter indicatur, sed ἄν particula addita id ex aliqua re fortuita pependisse elucet, quae quidem res fortuita protasi εἰ εἰρέθη notata est.

Denique ὅκως ex natura sua ponitur pro pronominibus relativis indefinitis, quae ex praepositione aliqua suspensa in praecedentem aliquam vocem referuntur, cuius rei unum exemplum Herodotus tradidit

lib. II, 160. οὐδεμίαν γὰρ εἶναι μηχανὴν ὅκως οὐ . . . προσθήσονται, quo loco ὅκως idem ac δι' ἥντινα valet.[2])

D. Ὅκως οὕτω praecedenti respondet.

Ὅκως 'quocunqe modo' significans apud Herodotum in verborum comprehensione οὕτω praemisso nisi ἄν particula adiecta cum coniunctivo constructum non respondet. exempla sunt haec:

lib. VIII, 144. καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται, ἡμεῖς μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας quo loco Atheniensium legati, quas res bellum Persicum laturum sit, ignorare se confitentur; attamen constantes se confirmant mansuros esse in hoc statu, in quemcunque fortasse redacti sint. coniunctivo enim ἄν particula adiuncta aliquid, quamvis difficillimum sit ad tolerandum, exspectari significatur.

lib. IX, 11. Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ἀδικεόμενοι ὑπὸ ὑμέων χήτεί τε συμμάχων καταλύσονται τῷ Πέρσῃ οὕτω ὅκως ἂν δύνωνται· Athenienses pacem cum Persis composituros esse certum est, incertae sunt condiciones; quaecunque esse poterunt, eas illi accipient.

lib. IX, 66. (Ἀρτάβαζος) τούτους . . . . . ἦγε κατηρτημένως, παραγγείλας κατὰ τὠυτὸ ἰέναι πάντας τῇ ἂν αὐτὸς ἐξηγέηται, ὅκως ἂν αὐτὸν ὁρέωσι σπουδῆς ἔχοντα ubi pro οὕτω ad κατὰ τὠυτὸ ὅκως referendum est; ceterum haec verba eodem modo atque ea, quae exposuimus, explananda sunt. — denique ὅκως ἂν καὶ exstat

lib. VIII, 143. ἀλλ' ὅμως ἐλευθερίης γλιχόμενοι ἀμυνεύμεθα οὕτω ὅκως ἂν καὶ δυνώμεθα.

Neque vero primitus ὅκως (ὅπως) solebat οὕτω praecedenti, quod plerumque spectat ad aliquam rem certam, respondere; postea hic usus propter similitudinem, quam ὅπως habet cum ὡς particula, esse coepit.[3])

---

[1]) cf. A. Herrmann, griech. Schulgrammatik, Berlin 1879. § 165, I, 2. a, Anmerk. cf. Hermannum ad Vig. p. 801. aliter sentit Baeumleinius, griech. Part. p. 312.

[2]) cf. Schoemannum, Lehre von den Redetheilen p. 174.

[3]) Hom. Δ, 37. ἔρξον ὅπως ἐθέλεις. ν, 145. π, 67. ω, 480. ξ, 172. π, 208. φ, 198.

Υ, 243. Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσι ὀφέλλει τε μινύθει τε,
ὅππως κεν ἐθέλῃσιν·

α, 349. ὅς τε δίδωσιν
ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν, ἑκάστῳ.

ζ, 189.

ο, 111. Τηλέμαχ', ἦ τοι νόστον, ὅπως φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
ὥς τοι Ζεὺς τελέοιεν, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

II. Ὅκως interrogative usurpatur.

Ut ceteri scriptores sic Herodotus ὅκως 'quomodo' notione praeditum post verba, in quibus sentiendi sive ignorandi ratio inest, usurpat. itaque ὅκως construitur

a) cum indicativi praesente.[1])

lib. III, 116. ὅκως μὲν γινόμενος (χρυσός), οὐκ ἔχω οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι, (aurum) quomodo acquiratur, ne hoc quidem certo dicere possum, quo loco post γινόμενος ex praecedenti participio ἐὼν supplendum est ἐστι idque suo iure, cum suam sententiam scriptor exponat.

lib. I, 37. ἐμὲ ὦν σὺ ἢ μέτες ἰέναι ἐπὶ τὴν θήρην, ἢ λόγῳ ἀνάπεισον ὅκως μοι ἀμείνω ἐστὶ ταῦτα οὕτω ποιεόμενα ubi Kruegerus et Steinius[2]) et Abichtius ὅκως pro ὅτι vel ὡς scriptum esse docent. quod quidem probabile esse non videtur, praesertim cum, ut infra videbimus, nisi sentiendi verbum negativum praecedit, non ponatur. praeterea nihil nos impedit, quominus ὅκως ἀμείνω ἐστὶ obliquae orationis interrogationem esse sumamus, quare sic vertas: persuadeas mihi, quomodo praestet.

lib. IV, 115. ἡμέας ἔχει φόβος τε καὶ δέος, ὅκως χρὴ οἰκέειν ἐν τῷδε τῷ χώρῳ τοῦτο μὲν ὑμέας ἀποστερησάσας πατέρων, τοῦτο δὲ[3]) τὴν γῆν τὴν ὑμετέρην δηλησαμένας πολλά, nos tenet metus et timor, quomodo fas sit habitare in hoc loco. recta oratione Amazones si usae essent, dixissent: κῶς χρὴ οἰκέειν ἐν τῷδε τῷ χώρῳ; timebant enim, ne Scythae poenas a se repeterent.

lib. VIII, 24. βασιλεὺς Ξέρξης τῷ βουλομένῳ ὑμέων παραδίδωσι ἐκλιπόντα τὴν τάξιν καὶ ἐλθόντα θεήσασθαι ὅκως μάχεται πρὸς τοὺς ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων.

b) cum perfecto indicativi:

lib. V, 9. ὅκως δὲ οὗτοι Μήδων ἄποικοι γεγόνασι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω ἐπιφράσασθαι.

c) cum indicativi futuro:[4])

lib. I, 75. ἀπορέοντος γὰρ Κροίσου ὅκως οἱ διαβήσεται τὸν ποταμὸν ὁ στρατὸς λέγεται κτλ. quo loco futurum positum videtur esse ea de re, quod Croesus traiecturos se esse milites fluvium certo sperat, sed quomodo id fiat nondum scit.

lib. III, 4. ὁρμημένῳ δὲ στρατεύεσθαι Καμβύσῃ ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν, ὅκως τὴν ἄνυδρον διεκπερᾷ, ἐπελθὼν φράζει (Φάνης) κτλ.

d) cum coniunctivo[5]) aoristi:

---

[1]) cum aoristo: Hom. *K*, 545. *Π*, 113. *γ*, 97. *δ*, 327. *ρ*, 44. *ψ*, 37.
cum imperfecto: εἰς Ἀπόλλωνα: 208.

[2]) cf. lib. II, 49. annotat.

[3]) cf. Böttcher, der Gebrauch der Casus bei Herodot, Halberstadt 1885, § 23.

[4]) Hom. *B*, 252. *Δ*, 14. *I*, 251. *Ξ*, 3. 61. *Y*, 116. *ν*, 376. 386. *ρ*, 78. 274. *τ*, 557. *υ*, 29. 39.
ὅππως κε· *P*, 144. φράζεο νῦν, ὅππως κε πόλιν καὶ ἄστυ σαώσεις.
α, 270. σὲ δὲ φράζεσθαι ἄνωγα
ὅππως κε μνηστῆρας ἀπώσεαι ἐκ μεγάροιο.

[5]) *K*, 225. *Ψ*, 324.
ὅππως κε: *α*, 295 φράζεσθαι δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,
ὅππως κε μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι
κτείνῃς ἠὲ δόλῳ ἢ ἀμφαδόν·
δ, 545.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lib. VI, 52. *τὴν μὲν δὴ Πυθίην ταῦτά σφι ἀνελεῖν, τοῖσι δὲ Λακεδαιμονίοισι ἀπορέουσι οὐδὲν ἧσσον ὅκως ἐξεύρωσι αὐτῶν τὸν πρεσβύτερον, ὑποθέσθαι ἄνδρα Μεσσήνιον* . . ubi *ἐξεύρωσι* scriptum videtur esse, quod Lacedaemonii deliberabant, num uter puerorum maior esset reperirent; in recta oratione interrogavissent: *κῶς ἐξεύρωμεν αὐτῶν τὸν πρεσβύτερον*; coniunctivus igitur est deliberativus.

lib. I, 117. *ὦ βασιλεῦ, ἐπείτε παρέλαβον τὸ παιδίον, ἐβούλευον σκοπέων ὅκως σοί τε ποιήσω κατὰ νόον καὶ ἐγὼ πρὸς σὲ γινόμενος ἀναμάρτητος μήτε θυγατρὶ τῇ σῇ μήτε αὐτῷ σοὶ εἴην αὐθέντης.* quo loco *ποιήσω* coniunctivum esse arbitror ideo, quod illis deliberandi verbis, quae praemissa sunt, designari videtur, quam invitus Harpagus pueri interficiendi consilium capiat; et *εἴην* optativus sic interpretandus est, ut Harpagum cogitationem, quam antea habuerit, repetentem ex aliena quasi sententia loqui sumamus.

e) cum optativo: [1])

lib. III, 22. *λαβὼν δὲ τὸ εἷμα τὸ πορφύρεον εἰρώτα ὅτι εἴη καὶ ὅκως πεποιημένον* ubi *εἴη* optativus eodem modo atque illud *εἴην*, quod supra attulimus, explanandus est.

III. De *ὅκως* coniunctione finali.

Iam perventum est ad ea enuntiata, quae ab *ὅκως* coniunctione incipiunt, quibus consilium designatur. in his *ὅκως* utrum principalem significationem 'quocunque modo' apud Herodotum conservaverit an in *ὡς* coniunctionis vim se insinuaverit, ego equidem, praesertim cum *ὅκως* post eadem verba atque *ὡς* finaliter ponatur, minime diiudicem. Sed quo modo factum videatur esse, ut *ὡς* idem atque *ὅκως* valeret, paucis mihi quid sentiam in medium proferre liceat. quam ob rem nonnulla exempla ex carminibus homericis afferenda sunt. constat inter omnes post *φράζεσθαι, μερμηρίζειν κτλ.* [2]) *ὅκως* saepissime positum esse, ut Il. *P*, 634.

φραζώμεθα μῆτιν ἀρίστην
ἠμὲν ὅπως τὸν νεκρὸν ἐρύσσομεν ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
χάρμα φίλοις ἑτάροισι γενώμεθα νοστήσαντες

optime excogitemus quomodo mortuum servemus. qua hypotaxi primitus interrogationem obliquae orationis expressam eademque consilium indicatum esse [3]) arbitror. Ac si post idem verbum *φράζεσθαι* etiam *ὡς* occurrit, ut Il. I, 112.

ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
φραζώμεσθ' ὥς κέν μιν ἀρεσσάμενοι πεπίθωμεν,

inde sequi mihi videtur, ut illam sententiam hypotaxeos interrogationem esse paullatim non iam intellectum, sed nihil aliud nisi enuntiatum finale cognitum sit. quomodo facile

---

[1]) *ὅππως κεν·* Hom. I, 681.

[2]) cf. Delbrück, der Gebrauch des Coniunctivs und Optativs im Sanskrit und Griechischen, p. 158. 230.

[3]) Hom. a) *Γ*, 110. *α*, 77. *ν*, 365. *ξ*, 329. *ψ*, 117. Batrachom. 150.
— b) *Α*, 344. *Κ*, 491. *Ξ*, 160. *Φ*, 137. *Ω*, 680. *γ*, 129. *ι*, 420. 554. *λ*, 229. 479. *ο*, 170. Hesiod. Theog. 471.
ὅπως particula cum *μὴ* coniuncta nunquam apud Homerum et Hesiodum legitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fieri potuit, ut ὡς propter similitudinem pro ὅπως poneretur.[1]) atque hinc quoque causa mihi videtur repetenda esse, cur ὅπως et ὡς saepissime inter se permutentur. Sed haec quidem hactenus, redeamus ad Herodotum.

A. Ὅκως cum coniunctivo construitur.

Eorum enuntiatorum finalium, quae ὅκως cum coniunctivo consociatum praebent, ratio est duplex. nam ea, quae prope accedunt ad sententias, in quibus ὅκως conectitur cum indicativi futuro, distinguenda sunt ab eis, quae revera finalia esse liquet.

a) ad illa pertinent exempla haec:

lib. IV, 148. *ἐπείτε δὲ καὶ οἱ Μινύαι ἐκδράντες ἐκ τῆς ἐρκτῆς ἵζοντο ἐς τὸ Τηΰγετον, τῶν Λακεδαιμονίων βουλευομένων σφέας ἀπολλύναι παραιτέεται ὁ Θήρας, ὅκως μήτε φόνος γένηται, αὐτός τε ὑπεδέκετό σφεας ἐξάξειν ἐκ τῆς χώρης* Theras deprecatus est, ne caedes fieret; quod cum timeat, *μὴ* particula prohibitiva utitur. et *τὲ* in *μήτε τε* voculae, quae in sequenti sententia principali exstat, respondet, quae quidem coniunctio non tam inusitata est, ut aliis locis haud facile inveniatur.

lib. I, 20. *Περίανδρον τὸν Κυψέλου ἐόντα Θρασυβούλῳ τῷ τότε Μιλήτου τυραννεύοντι ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, πυθόμενον τὸ χρηστήριον τὸ τῷ Ἀλυάττῃ γενόμενον, πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν, ὅκως ἄν τι προειδὼς πρὸς τὸ παρεὸν βουλεύηται* quo loco verba *ὅκως ἄν . . . βουλεύηται* consilium continere nemo est quin intellegat idemque vero hoc consilium *ἄν* particula debilitatum esse. nam tantum abest, ut Periander Thrasybulum iubeat aliquid facere, ut facultatem agendi ei praebeat. id quidem constat Periandri interesse, ut hospes ex illo nuntio quam maximas capiat utilitates. *βουλεύηται* igitur est coniunctivus exspectativus.

lib. I, 22. *ταῦτα δὲ ἐποιεέ τε καὶ προηγόρευε Θρασύβουλος τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἄν δὴ ὁ κῆρυξ ὁ Σαρδιηνὸς ἰδών τε σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐν εὐπαθείῃσι ἐόντας ἀγγείλῃ Ἀλυάττῃ·* Thrasybulus Alyattis legatum omnia, quae vidisset, domi relaturum esse exspectavit. quod Herodotus *ἐποιεε* verbum praeteritum praemittit, nihilominus vero coniunctivum *ἀγγείλῃ* scribit, id exponendum est sic, ut scriptor illum quasi, qui agat, sese esse fingat. itaque non ex aliena, sed ex sua ipsius sententia eius qui agit consilia ac fines eorum qui legunt oculis subicit. haec causa est, qua cum orationis vigor quidam atque alacritas efficiatur tum consilii eventus confidenter exspectetur.

b) Eorum enuntiatorum, quae revera finalia sunt[2]), haec exempla exstant. et verbum, ex quo ὅκως pendet, semper fere praeterito tempore utitur:

lib. II, 100. *ταύτης μὲν πέρι τοσαῦτα ἔλεγον, πλὴν ὅτι αὐτήν μιν, ὡς τοῦτο ἐξέργαστο, ῥίψαι ἐς οἴκημα σποδοῦ πλέον, ὅκως ἀτιμώρητος γένηται* regina in conclave cineribus repletum se coniecit, ut effugere vindictam posset.

---

[1]) Aliter sentiunt Delbrück p. 61.
A. Keil p. 51.
R. Heiligenstaedt p. 21. 37.

[2]) Hom. γ, 19. ξ, 181.
Batrachom. 63.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lib. II, 120. *ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον Ἑλένην ἀποδοῦναι, οὐδὲ λέγουσι αὐτοῖσι τὴν ἀληθείην ἐπίστευον οἱ Ἕλληνες, ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι, τοῦ δαιμονίου παρασκευάζοντος ὅκως πανωλεθρίῃ ἀπολόμενοι καταφανὲς τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωσι, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν*, quo loco deum sic moderatum esse indicatur, ut Troiani internecione pereuntes testatum facerent hominibus, quam graves essent poenae deorum. hac nuntiatione Herodotum, quid ipse sentiret, dixisse ex verbis *ὡς μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι* apparet.

lib. II, 121, *β. ὡς δὲ γνῶναι αὐτὸν ἐν οἵῳ κακῷ ἦν, ἰθέως καλέειν τὸν ἀδελφεὸν καὶ δηλοῦν αὐτῷ τὰ παρεόντα, καὶ κελεύειν τὴν ταχίστην ἐσδύντα ἀποταμεῖν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, ὅκως μὴ αὐτὸς ὀφθεὶς καὶ γνωρισθεὶς ὃς εἴη προσαπολέσῃ κἀκεῖνον*, quo loco codices S. b. d. futurum, F. a. c. coniunctivum praebent; ego quidem Steinium sequens coniunctivum *προσαπολέσῃ* scribendum esse puto.

lib. IX, 102. *ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν προσεχέων ὁ στρατός, ὅκως ἑωυτῶν γένηται τὸ ἔργον καὶ μὴ Λακεδαιμονίων, παρακελευσάμενοι ἔργου εἴχοντο προθυμότερον, ἐνθεῦτεν ἤδη ἑτεροιοῦτο τὸ πρῆγμα.*

lib. II, 120. *οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς ἦν ὁ Πρίαμος οὐδὲ οἱ ἄλλοι οἱ προσήκοντες αὐτῷ, ὥστε τοῖσι σφετέροισι σώμασι καὶ τοῖσι τέκνοισι καὶ τῇ πόλι κινδυνεύειν ἐβούλοντο, ὅκως Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ συνοικέῃ* ubi *ὅκως* cum praesentis coniunctivo conectitur. ceterum hoc enuntiatum eodem modo atque ea, quae retulimus, interpretandum est, scilicet discrimine, quod intercedit inter praesens et aoristum, excepto.

lib. II, 121. *χρόνου δὲ περιιόντος τὸν οἰκοδόμον περὶ τελευτὴν τοῦ βίου ἐόντα ἀνακαλέσασθαι τοὺς παῖδας, τούτοισι δὲ ἀπηγήσασθαι ὡς ἐκείνων προορέων, ὅκως βίον ἄφθονον ἔχωσι, τεχνάσαιτο οἰκοδομέων τὸν θησαυρὸν τοῦ βασιλέος.*

lib. IX, 78. *σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον, ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μέζων καί τις ὕστερον φυλάσσηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων ἐς τοὺς Ἕλληνας.*

lib. IX, 96. *ἐς δὲ τὴν ἤπειρον ἀπέπλεον, ὅκως ἔωσι ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατὸν τὸν σφέτερον ἐόντα ἐν τῇ Μυκάλῃ.*

B. *Ὅκως* cum optativo construitur.

Inter sententias, in quibus *ὅκως* coniunctio ad consilium indicandum cum optativo constructa invenitur, eae, quae sunt finales, ab eis, quae videntur, discernendae sunt. et in omnibus exemplis *ὅκως* ex verbo praeterito pendet.

a) In sententiis revera finalibus hi loci numerandi sunt:

α) *ὅκως* cum optativo. [1])

lib. IX, 117. *ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισί σφι φθινώπωρον ἐπεγίνετο, καὶ ἤσχαλλον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες καὶ οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅκως ἀπάγοιέν σφεας ὀπίσω*, ubi Herodotus non suas cogitationes, sed

---

[1]) Hom. *Φ*, 549. *ζ*, 319. *θ*, 345. *ν*, 319. *ξ*, 312. *χ*, 472. *σ*, 159.
Batrachom. 252.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Atheniensium, quae ab eo alienae sunt, explanat. illi enim duces oraverunt, ut domum se reducerent. quod quidem utrum fieri potuerit necne ex rebus intellegitur.

lib. V, 96. *Ἱππίης δὲ ἐπείτε ἀπίκετο ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἐς τὴν Ἀσίην, πᾶν χρῆμα ἐκίνεε, διαβάλλων τούς τε Ἀθηναίους πρὸς τὸν Ἀρταφρένεα καὶ ποιέων ἅπαντα ὅκως αἱ Ἀθῆναι γενοίατο ὑπ' ἑωυτῷ τε καὶ Δαρείῳ* quo loco illud consilium, quo Athenienses in Darii potestatem veniant, non nisi animo concipitur; neque vero facile cogitatur, quod effici non possit.

lib. II, 109. *ὁ δὲ ἔπεμπε τοὺς ἐπισκεψομένους καὶ ἀναμετρήσοντας ὅσῳ ἐλάσσων ὁ χῶρος γέγονε, ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τελέοι.*

lib. I, 17. *τὰς δὲ οἰκίας οὐ κατέβαλλε ὁ Λυδὸς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως ἔχοιεν ἐνθεῦτεν ὁρμώμενοι τὴν γῆν σπείρειν τε καὶ ἐργάζεσθαι οἱ Μιλήσιοι, αὐτὸς δὲ ἐκείνων ἐργαζομένων ἔχοι τι καὶ σίνεσθαι ἐσβάλλων,* ubi ex Lydi sententia scriptor loquitur.

lib. V, 98. *Ἀρισταγόρης δὲ προπλώσας καὶ ἀπικόμενος ἐς τὴν Μίλητον, ἐξευρὼν βούλευμα ἀπ' οὗ Ἴωσι μὲν οὐδεμία ἔμελλε ὠφελίη ἔσεσθαι, οὐδ' ὧν οὐδὲ τούτου εἵνεκα ἐποίεε, ἀλλ' ὅκως βασιλέα Δαρεῖον λυπήσειε, ἔπεμψε ἐς τὴν Φρυγίην ἄνδρα . . .*

lib. VIII, 35. *ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσχισθέντες τῆς ἄλλης στρατιῆς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι βασιλέι Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν τὰ χρήματα.*

β) ὅκως μὴ cum optativo:

lib. I, 63. *φευγόντων δὲ τούτων βουλὴν ἐνθαῦτα σοφωτάτην Πεισίστρατος ἐπιτεχνᾶται, ὅκως μήτε ἁλισθεῖεν ἔτι οἱ Ἀθηναῖοι διεσκεδασμένοι τε εἶεν,* quo loco Herodotus enuntiato finali praesens historicum praemittens Pisistrati consilium, quo minus Athenienses congregentur, sed dispersi maneant, non respiciens, utrum res spectata efficiatur necne, tanquam meram cogitationem optativo significat.

lib. VII, 176. *(οἱ Φωκέες) τὸ ὕδωρ τὸ θερμὸν τότε ἐπῆκαν ἐπὶ τὴν ἔσοδον, ὡς ἂν χαραδρωθείη ὁ χῶρος, πᾶν μηχανεόμενοι ὅκως μή σφι ἐσβάλοιεν οἱ Θεσσαλοὶ ἐπὶ τὴν χώρην.*

lib. VIII, 71. *καίτοι τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο ὅκως κατ' ἤπειρον μὴ ἐσβάλοιεν οἱ βάρβαροι.*

γ) ὅκως ἄν cum optativo:

lib. I, 110. *κελεύει σε Ἀστυάγης τὸ παιδίον τοῦτο λαβόντα θεῖναι ἐς τὸ ἐρημότατον τῶν ὀρέων, ὅκως ἂν τάχιστα διαφθαρείη,* quo loco ea res quae spectatur sic dicitur, ut eidem aliqua condicio dubitatioque et hanc ob causam aliquid incerti admisceatur; nam Harpagus qui loquitur tali animo est, ut cupiat optetque, ut servetur puerulus: tamen Astyagi obediat necesse est. quamobrem illius regis voluntatem maxima indulgentia, ut ipse quam minime laedatur, exponit.

δ) ὅκως ἂν μὴ cum optativo:

lib. I, 99. *ταῦτα δὲ (Δηιόκης) περὶ ἑωυτὸν ἐσέμνυνε τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν μὴ ὁρέοντες οἱ ὁμήλικες, ἐόντες σύντροφοί τε ἐκείνῳ καὶ οἰκίης οὐ φλαυροτέρης οὐδὲ ἐς ἀνδραγαθίην λειπόμενοι, λυπεοίατο καὶ ἐπιβούλοιεν, ἀλλ' ἑτεροῖός σφι δοκέοι εἶναι μὴ ὁρέουσι* Deioces occasione data fieri posse putat, ut aequales sibi invideant; quod quominus fiat impedire cupit, id quod *μὴ* negatione denotatur, eo quod cavet, ne ab hominibus conspiciatur. *ἂν* particula ad *ὁρέοντες* [1]) participium et *μὴ ὁρέουσι* spectat. [2])

[1]) cf. Heiligenstädt, p. 38.
[2]) cf. Kühner, gr. gr. II, p. 900.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

b) In enuntiatorum, quae videantur finalia esse, numerum ea esse referenda arbitror, quae non tam fines ac consilia, quam affirmationes sive consecutiones modeste pronuntiatas indicent. quas quidem ab eo, ad quem perveniant, preces sive cohortationes sive consilia ad effectum adducenda, prout res postulet, intellegi posse manifestum est. huc pertinent haec exempla.

lib. I, 91. *προθυμεομένου δὲ Λοξίεω ὅκως ἂν κατὰ τοὺς παῖδας τοῦ Κροίσου γένοιτο τὸ Σαρδίων πάθος καὶ μὴ κατ' αὐτὸν Κροῖσον οὐκ οἷόν τε ἐγίνετο παραγαγεῖν μοίρας.* quamquam Pythia paulo ante ne deum quidem, nedum Croesum, fata effugere posse indicativo modo cecinit, hoc loco evenire posse, ut filiorum, non Croesi aetate, Sardium calamitatem incidere cogitetur, optativo significat; ad hoc Apollinem adicit id egisse, ut illam calamitatem a Croeso averruncaret; ea de re *μὴ* negatio posita est.

lib. III, 44. *πέμψας δὲ κήρυκα λάθρῃ Σαμίων Πολυκράτης παρὰ Καμβύσεα τὸν Κύρου συλλέγοντα στρατὸν ἐπ' Αἴγυπτον, ἐδεήθη ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑωυτὸν πέμψας ἐς Σάμον δέοιτο στρατοῦ,* ubi Polycrates Cambysen oravit, ut a se, si vellet, copias peteret.

lib. II, 126 . . . *καὶ τοῦ ἐσιόντος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου δέεσθαι ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον ἐν τοῖσι ἔργοισι δωρέοιτο.*

lib. V, 98. *ὡς δὲ οὐ κατέλαβον, ἐπηγγέλλοντο ἐς τὴν Χίον τοῖσι Παίοσι ὅκως ἂν ἀπέλθοιεν.*

lib. VIII, 13. *ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη.*

IV. *Ὅκως* pro *ὅτι* usurpatur.

Accedo ad eas enuntiationes, in quibus *ὅκως* pro *ὅτι* sive *ὡς* usurpari sumendum est, *ὅκως* enim *ὡς* particulae vicem praestans vix ab ea differt. quem usum ut illustrem, affero

lib. II, 49. *οὐ μὲν οὐδὲ φήσω ὅκως Αἰγύπτιοι παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον ἢ τοῦτο ἢ ἄλλο κού τι νόμαιον,* quo loco enuntiatum finale esse nequaquam sumi potest. Tum interrogationem orationis obliquae esse contendas. quae si legeretur, Aegyptios a Graecis instituta accepisse dilucidum, non quomodo accepissent manifestum esset. at paullo infra Herodotus Melampodem haec, quae ad Bacchi cultum pertinerent, ex Cadmo Tyrio comperisse narrat. restat igitur, ut *ὅκως* eodem sensu atque *ὅτι* adhibitum esse censeamus. atque quaeritur, quo iure id fieri potuerit. quod facile est explanatu. nam si aliquid esse dicitur, idem quale sit aperitur. quod ut clarius exponam, exemplo utar: quo iure dici potest *διανοῦμαι ὧδε, ἔλεξεν οὕτως κτλ.*, patrio sermone: ich sage so pro ich sage dies, eodem *ὡς* sive *ὅκως* apud Herodotum enuntiatis coniungendis inservire potest.[1]) et similes loci sunt hi:

lib. III, 62. *ὦ δέσποτα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα, ὅκως κοτὲ σοὶ Σμέρδις ἀδελφεὸς ὁ σὸς ἐπανέστηκε, οὐδὲ ὅκως τι ἐξ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς νεῖκός τοι ἔσται ἢ μέγα ἢ σμικρόν.*

---

[1]) cf. Schoemann, p. 183.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lib. III, 115. *τοῦτο δὲ οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου οὐ δύναμαι ἀκοῦσαι, τοῦτο μελετῶν, ὅκως θάλασσά ἐστι τὰ ἐπέκεινα Εὐρώπης.*

lib. III, 116. *πείθομαι δὲ οὐδὲ τοῦτο, ὅκως μουνόφθαλμοι ἄνδρες φύονται, φύσιν ἔχοντες τὴν ἄλλην ὁμοίην τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι.*

lib. VII, 161, 5. *σὺ δὲ ὅκως μὲν στρατιὴν πέμψεις μὴ ἡγεύμενος τῆς Ἑλλάδος, οὐ προφαίνεις, ὡς δὲ στρατηγήσεις αὐτῆς, γλίχεαι.* [1])

lib. VII, 237. *οὐ γὰρ δὴ κεῖνό γε ἐνδέξομαι ὅκως οὐκ εὐνοέει τοῖσι ἐμοῖσι πρήγμασι.*

Ex his exemplis *ὅκως, ὅτι* coniunctionis vi praeditum, nisi post verbum negativum non poni facile cognoscitur. cuius rei quae sit causa quaerenti in mentem mihi venit usitatissimum illud *οὐκ ἔστι ὅκως*, quod illam constructionem effecisse videatur. huc accedit quod non tritius quam *οὐκ ἔστι ὅκως* illud *οὐκ ἔστιν ὅτι* fuit; ex quo *οὐχ ὅτι* profectum esse demonstrari non oportet; et cum *οὐχ ὅπως* et *οὐχ ὅτι* nihil inter se diversa corroboratae negationis vice fungantur, facile existumem fieri potuisse, ut Herodotus *ὅκως* in *ὅτι* coniunctionis loco posuerit.

V. De *ὅκως* particulae usu comparativo.

A. *Ὅκως* coniunctio temporalis est.

Ὅκως coniunctionem, cum *ὡς* voculae significationem induisset, item atque *ὡς* ad verborum tempora inter se comparanda ab Herodoto usurpatam esse his exemplis, quorum in duobus *ὅκως* conexum est cum indicativo [2]), in ceteris cum optativo [3]), illustratur:

lib. IX, 66. *τῶν ἐστρατήγει ὁ Ἀρτάβαζος . . . τούτους, ὅκως ἡ συμβολὴ ἐγίνετο, εὖ ἐξεπιστάμενος τὰ ἔμελλε ἀποβήσεσθαι ἀπὸ τῆς μάχης, ἦγε κατηρτημένως* . . quo loco tempus, quod *ἦγε* verbo indicatur, id, quod inest in *συμβολὴ ἐγίνετο*, necessitate quadam attingit, ut illi hoc respondeat. itaque fit, ut temporis notionem *ὅκως* coniunctioni imponamus reddentes: cum proelium fiebat, (tunc) Artabazos ducebat cet.

lib. VII, 229. *Εὕρυτον μέν, πυθόμενον τῶν Περσέων τὴν περίοδον, αἰτήσαντά τε τὰ ὅπλα καὶ ἐνδύντα ἄγειν αὐτὸν κελεῦσαι τὸν εἵλωτα ἐς τοὺς μαχομένους, ὅκως δὲ αὐτὸν ἤγαγε, τὸν μὲν ἀγαγόντα οἴχεσθαι φεύγοντα, τὸν δὲ ἐσπεσόντα ἐς τὸν ὅμιλον διαφθαρῆναι* quod eodem modo atque illud, quod praemisimus, exponendum est.

At alia res est, cum *ὅκως* cum optativo consociatur, ut

lib. II, 13. *ὅκως ἔλθοι ὁ ποταμὸς ἐπὶ ὀκτὼ πήχεας τὸ ἐλάχιστον, ἄρδεσκε Αἴγυπτον τὴν ἔνερθε Μέμφιος·* ubi *ἄρδεσκε* imperfecto fluvium irrigare solitum esse Aegyptum indicatur; quo tempore id factum sit, incertum relinquitur. haec causa est, cur repetitione facti, quae *ἄρδεσκε* voce denotatur, in optativum translata vertamus: quoties fluvius ad octo minimum cubitos auctus erat, irrigabat Aegyptum, quae infra Memphin est. atque prorsus fere similis ratio loci est

---

[1]) cf. Kühner, gr. gr. p. 890.
[2]) Hom. *Λ*, 459. *Μ*, 208. *Σ*, 473. *χ*, 22.
[3]) Hesiod. Theog. 156.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lib. IV, 130, 6. *ὅκως τῶν προβάτων τῶν σφετέρων αὐτῶν καταλίποιεν μετὰ τῶν νομέων, αὐτοὶ ἂν ὑπεξήλαυνον ἐς ἄλλον χῶρον·* quo loco Abichtius et Steinius et Kruegerus [1]) *ἂν* particulam repetitioni facti exprimendae inservire docent. quod mihi non probatur. nam Herodotus *αὐτοὶ ἂν ὑπεξήλαυνον* scribens Scythas se recepisse putat, sed haud satis de hac re certiorem se factum esse ostendit.

Denique profero sententiam, in qua *ὅκως* coniunctioni *τηνικαῦτα* adverbium temporale respondet, unde Herodotum illam eodem modo atque *ἡνίκα* vel *ὅτε* adhibuisse apparet; haec quidem exstat.

lib. I, 17, 3. *ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρός, τηνικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν στρατιήν.*

Cetera enuntiata, quae adhuc pertinent, haec sunt:

lib. I, 11, 7. *ἐώθεε γὰρ καὶ πρόσθε, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν.*

— 17, 10. *ὁ δὲ τά τε δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὅκως διαφθείρειε, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω.*

— 68, 29. *καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου, ὅκως πειρῶτο ἀλλήλων, πολλῷ κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγίνοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι.*

— 100, 7. *εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα, τοῦτον ὅκως μεταπέμψαιτο κατ' ἀξίην ἑκάστου ἀδικήματος ἐδικαίευ.*

— 162,8. *ὅκως γὰρ τειχήρεας ποιήσειε, τὸ ἐνθεῦτεν χώματα χῶν πρὸς τὰ τείχεα ἐπόρθεε.*

— 171, 8. *οἱ δέ, ὅκως Μίνως δέοιτο, ἐπλήρουν οἱ τὰς νέας.*

— 175, 2. *τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, αὐτοῖσι τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι, ἡ ἱρείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει.*

— 186, 4. *ἐπὶ τῶν πρότερον βασιλέων ὅκως τις ἐθέλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου φάρσεος ἐς τοὔτερον διαβῆναι, χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν.*

— 196, 6. *ὡς ἂν αἱ παρθένοι γινοίατο γάμων ὡραῖαι, ταύτας ὅκως συναγάγοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἀλέας,*

— 196, 10. *μετὰ δέ, ὅκως αὕτη εὑροῦσα πολλὸν χρυσίον πρηθείη, ἄλλην ἂν* [2]) *ἀνεκήρυσσε.*

lib. II, 108, 16. *οὗτοι, ὅκως τε* [3]) *ἀπίοι ὁ ποταμός, σπανίζοντες ὑδάτων, πλατυτέροισι ἐχρέωντο τοῖσι πόμασι, ἐκ φρεάτων χρεώμενοι.*

— 125, 6. *ὅκως δὲ ἀνίοι ὁ λίθος ἐπ' αὐτόν, ἐς ἑτέρην μηχανὴν ἐτίθετο.*

— 133, 15. *ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Μυκερῖνον . . . λύχνα ποιησάμενον πολλά, ὅκως γίνοιτο νὺξ ἀνάψαντα αὐτὰ πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν . . .*

— 137, 8. *ὅκως τῶν τις Αἰγυπτίων ἁμάρτοι τι, κτείνειν μὲν αὐτῶν οὐδένα ἐθέλειν . .*

— 140, 4. *ὅκως γὰρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων ὡς ἑκάστοισι προστετάχθαι σιγῇ τοῦ Αἰθίοπος, ἐς τὴν δωρεὴν κελεύειν σφέας καὶ σποδὸν κομίζειν.* quo loco *ὅκως* coniunctio non cum optativo *φοιτῷεν*, sed cum infinitivo constructa est, cuius constructionis tota illa oratio obliqua causa est. [4])

---

[1]) cf. gr. Sp. § 53, 10, 3.
[2]) ad *ἂν* particulam cf. lib. IV, 130, 6.
[3]) ad *τὲ* particulam cf. Brugmann, gr. gr. § 203 Anm.
[4]) cf. Kühner, gr. gr. § 552, 7.
Krüger, gr. Spr. § 55, 4. 9.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

— 150, 14. τὸν δὲ χοῦν τὸν ἐκφορεόμενον ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ὅκως γένοιτο νύξ, ἐς τὸν Τίγριν ποταμὸν παραρρέοντα τὴν Νίνον ἐξεφόρεον.

— 174, 3. ὅκως δέ μιν ἐπιλείποι πίνοντά τε καὶ εὐπαθέοντα τὰ ἐπιτήδεα, κλέπτεσκε ἄν[1]) περιιών.

lib. III, 51, 11. ὁ δὲ ὅκως ἀπελαυνόμενος ἔλθοι ἐς ἄλλην οἰκίην, ἀπηλαύνετ' ἄν[1]) καὶ ἀπὸ ταύτης,

— 125, 17. ἑλοῦτο μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Διὸς ὅκως ὕοι.

— 148, 3. ὅκως ποτήρια ἀργύρεά τε καὶ χρύσεα προθεῖτο, οἱ μὲν θεράποντες αὐτοῦ ἐξέσμων αὐτά.

— 148, 7. ὅκως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἀπεθώυμαζέ τε καὶ ἐξεπλήσσετο.

lib. IV, 42, 15. ὅκως δὲ γίνοιτο φθινόπωρον, προσσχόντες ἄν[1]) σπείρεσκον τὴν γῆν.

— 43, 23. οἱ ὅκως σφεῖς καταγοίατο τῇ νηῒ φεύγεσκον πρὸς τὰ ὄρεα καταλιπόντες τὰς πόλιας.

— 78, 20. αὐτὸς δὲ ὅκως ἔλθοι ἐς τὸ τεῖχος καὶ τὰς πύλας ἐγκλησιειε, τὴν στολὴν ἀποθέμενος τὴν Σκυθικὴν λάβεσκε ἄν[1]) Ἑλληνίδα ἐσθῆτα,

— 130, 2. οἱ δὲ Σκύθαι ὅκως τοὺς Πέρσας ἴδοιεν τεθορυβημένους . . . ἐποίεον τοιάδε.

lib. V, 29. ὅκως τινα ἴδοιεν ἐν ἀνεστηκυίῃ τῇ χώρῃ ἀγρὸν εὖ ἐξεργασμένον, ἀπεγράφοντο το οὔνομα τοῦ δεσπότεω τοῦ ἀγροῦ.

— 63, 3. οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐν Δελφοῖσι κατήμενοι ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι, ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες εἴτε ἰδίῳ στόλῳ εἴτε δημοσίῳ χρησόμενοι, προφέρειν σφι τὰς Ἀθήνας ἐλευθεροῦν.

— 92, ζ, 14. καὶ ἐκόλουε αἰεὶ ὅκως τινὰ ἴδοι τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα,

lib. VI, 12, 2. ὁ δὲ ἀνάγων ἑκάστοτε ἐπὶ κέρας τὰς νέας, ὅκως τοῖσι ἐρέτῃσι χρήσαιτο διέκλοον ποιεύμενος τῇσι νηυσὶ δι' ἀλληλέων καὶ τοὺς ἐπιβάτας ὁπλίσειε, τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρης τὰς νέας ἔχεσκε ἐπ' ἀγκυρέων[2]).

— 31, 5. ὅκως δὲ λάβοι τινὰ τῶν νήσων, ὡς ἑκάστην αἱρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους.

— 61, 21. ὅκως δὲ ἐνείκειε ἡ τροφός, πρός τε τῶγαλμα ἵστα καὶ ἐλίσσετο τὴν θεὸν ἀπαλλάξαι τῆς δυσμορφίης τὸ παιδίον.

— 75, 5. ὅκως γάρ τεῳ ἐντύχοι Σπαρτιητέων, ἐνέχραυε ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον.

— 77, 17. ὅκως ὁ Σπαρτιήτης κῆρυξ προσημαίνοι τι Λακεδαιμονίοισι, ἐποίευν καὶ οἱ Ἀργεῖοι τὠυτὸ τοῦτο.

— 122, 6. Καλλίης τε γὰρ μοῦνος Ἀθηναίων ἁπάντων ἐτόλμα, ὅκως Πεισίστρατος ἐκπέσοι ἐκ τῶν Ἀθηνέων, τὰ χρήματα αὐτοῦ ὠνέεσθαι.

— 137, 18. ὅκως δὲ ἔλθοιεν αὗται, τοὺς Πελασγοὺς ὑπὸ ὕβριός τε καὶ ὀλιγωρίης βιᾶσθαί σφεας.

lib. VII, 6, 19. τότε δὲ συναναβὰς ὅκως ἀπίκοιτο ἐς ὄψιν τὴν βασιλέος, λεγόντων τῶν Πεισιστρατιδέων περὶ αὐτοῦ σεμνοὺς λόγους, κατέλεγε τῶν χρησμῶν.

— 41, 2. μετεκβαίνεσκε δέ, ὅκως μιν λόγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν.

---

[1]) cf. supra lib. IV, 130, 6.
[2]) cf. Kruegeri annotat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

— 119, 15. ὅκως δὲ ἀπίκοιτο ἡ στρατιή, σκηνὴ μὲν ἔσκε πεπηγυῖα ἑτοίμη ἐς τὴν αὐτὸς σταθμὸν ποιεέσκετο Ξέρξης.

— 128, 10. ἐσβὰς ἐς Σιδωνίην νέα, ἐς τήν περ ἐσέβαινε αἰεὶ ὅκως τι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι, ἀνέδεξε σημήιον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι.

— 211, 11. καὶ ὅκως ἐντρέψειαν τὰ νῶτα, ἁλέες φεύγεσκον δῆθεν.

lib. VIII, 52, 4. ὅκως στυππεῖον περὶ τοὺς ὀιστοὺς περιθέντες ἅψειαν, ἐτόξευον ἐς τὸ φράγμα.

— 90, 17. ὅκως γάρ τινα ἴδοι Ξέρξης τῶν ἑωυτοῦ ἔργον τι ἀποδεικνύμενον ἐν τῇ ναυμαχίῃ . . . . . ἀνεπυνθάνετο τὸν ποιήσαντα.

— 91, 6. ὅκως δέ τινες τοὺς Ἀθηναίους διαφύγοιεν, φερόμενοι ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Αἰγινήτας.

— 105, 6. ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἴδεος ἐπαμμένους, ἐκτάμνων ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις.

— 137, 12. ὅκως δὲ ὀπτῴη, ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητὸς Περδίκκεω διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ.

lib. IX, 74, 5. τὴν (ἄγκυραν) ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι βαλέσκετο.

— 116, 20. αὐτός τε ὅκως ἀπίκοιτο ἐς Ἐλαιοῦντα ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο.

Hoc loco unum hoc exemplum, quo ὅκως vocem explicatur non solum ad tempora, sed etiam ad res inter se conferendas ab Herodoto esse usurpatam, afferre liceat; exstat

lib. IX, 120. οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἤσπαιρον ὅκως περ ἰχθύες νεοάλωτοι pisces sale conditi in ignem impositi et subsiliebant et palpitabant prorsus aeque ac pisces recens capti.

B. Ὅκως coniunctio causalis est.

Eodem modo atque enuntiata temporalia explicanda sunt causalia [1]): nam perfacile fieri potest, ut duarum actionum, quae ὅκως voce tanquam inter se comparantur, alteram dicamus causam esse alterius: cuius rei Herodotus exempla praebet duo:

lib. VII, 187, 6. ὥστε οὐδέν μοι θῶυμα παρίσταται προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἔστι τῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως τὰ σιτία ἀντέχρησε θῶυμά μοι μυριάσι τοσαύτῃσι, ut cibaria sufficiunt, (sic) admiratio mihi inicitur, quo loco cum in τὰ σιτία ἀντέχρησε verbis causa insit, cur scriptor noster admiretur, ὅκως coniunctionem esse causalem dicere consuevimus.

lib. IX, 65, 4. θῶυμα δέ μοι ὅκως παρὰ τῆς Δήμητρος τὸ ἄλσος μαχομένων οὐδὲ εἷς ἐφάνη τῶν Περσέων οὔτε ἐσελθὼν ἐς τὸ τέμενος οὔτε ἐναποθανών, περί τε τὸ ἱρὸν οἱ πλεῖστοι ἐν τῷ βεβήλῳ ἔπεσον, ubi post ὅκως οὐ negatio ponatur necesse esse non iam exponendum est.

Iam vero postquam quid de ὅκως coniunctionis apud Herodotum vi et usu sentirem enarravi atque expedivi, quibus in rebus a doctissimorum virorum, qui de illa particula scripserunt, sententiis discrepem facile cognosci potest.

[1]) cf. Kühner, gr. gr. p. 888, A. 2.
Hom. δ, 109.

Dr. Paul Bahr.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf